



**Sermones prestantissimi viri Ro|berti de Litio: ordinis  
Minoru[m] sacre theologie professo||ris: pontificis  
Aquinatis**

**Caracciolo, Roberto**

**Lugd., Anno d[omi]ni. M.ccccxij. vi. no.Maij.**

De patie[n]tia que est omnibus necessaria. Sermo. x.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70607)

## De patientia.

Vino ī quo est luxuria. Dicit Hiero. Ut  
der vino estuās facile in libidinem spu-  
mat. Hic ut p̄tz de Lorth: q̄ vino replet⁹  
dominiuit cū duob⁹ filiob⁹ suis. Gen. xix.  
¶ Secunda rō est sollicitudo. Nā ociū in-  
ducit maxime ad carnis tentationē: vt d̄r  
Ezech. xv. Nec fuit iniquitas sororis tue  
sodome subobia: saturitas panis t abu-  
dantia t ociū. hec ibi. Sicut accidit etiā  
David. ii. Reg. x. de Bersabee. Exemplus  
etiā de sc̄ta Justina a diabolo tentata: q̄  
erat sine exercitio. Iō dicit Hiero. Sem  
per aliqd boni facito: vt diabolus semp  
occuparū te inueniat. t notaſ de confe-  
dit. vlti. c. nunc. ¶ Tertia est habitus  
honestas. Nā supfluas habitus ducit  
ad lasciviam. Un. i. Timo. ii. Nō in tortis  
trinib⁹ aut auro aut margaritis vel ve-  
ste preciosa: sed qđ decet mulieres pro-  
muntreteq̄ pietate p bona opera. Un Au-  
gu. ad Lancianum militē ait: Voies et  
mulieres q̄ serico t purpura induuntur  
rōm induere difficile est. Iō cōſulimus  
In xp̄o pie vivere volētibus t moderas-  
te induātur. hec ibi. Exemplus de Judith  
que ornata decepit Holofernē: vt p̄z Ju-  
dith. x. Et Eyprian⁹ dicit: Serico t pur-  
pura induere: rōm induere nō possunt.  
¶ Quarta est custodia ſenuū. Un intel-  
ligendū est: magnā partē innocētie eſſe  
lēcitatem. Hinc em̄ oppreſſa fuit a Siz-  
eben. Gen. xxxiiij. q̄ curioſe voluit vides  
p̄ mulieres regionis illi⁹. ¶ Quinta est  
modestia sermonis. Un Hiero. Sermo  
virginis prudēs t rarus. Et. s. Pet. liii.  
Vi quis loquitur: quaſi sermones dei.  
¶ Sexta est timor: vt virgo ſemp sit tiz-  
morosa. Un Berl. Solēt virginē que  
vere virginēs ſunt ſemper elle pauide.  
Exemplum p̄tz de beata viginē Luce. s.

¶ Septima et ultima est fuga occaſio-  
nō. Un Hiero. Solus cū ſola ſcretē nō  
ſedeas. Quoniam vt ait Berl. Stare cuſ  
mulierib⁹ t immunē ſe cōſeruare maſ-  
ius eſt q̄ mortuos resuſcitare. Et iō d̄it  
Et Hieronymus. Ostiolū tuū raro aut  
numq̄ mulierū pedes terat: qm̄ vt ipſe  
dicit: Adentes ferreas libido domat,

Exemplū patet de beato Bernardo clai-  
māte: Latrones latrones. Applica trēs  
plum̄ materiale de duobus lapidibus;  
qui ſi adiuvicē compuumātur: emitunt  
ignē. Nā Augustinus nolebat ſtare cuſ  
patet de Ammon qui oppreſſit Thamar  
ſorore ſuaz. ii. Reg. xiii. Et ſic patet ter-  
tium principale. ¶ Circa quartū t vlti-  
mū ſcs corruptionē: nota q̄ quinq̄ ſunt  
que habēt coruſpērē virginitatem. Du-  
inum eſt superbia. Unde Augu. lib. de  
virgi. Non ſolā predicanda eſt virginis  
tas vt om̄etur: verū etiam ammonenda  
eſt he inſuetur. Facilius enim ſequitur  
agnū cōivgate humiles: q̄ virgines ſu-  
perbiētes. Nā deus nō ſolū respexit vir-  
ginitatē marie: fed magis humilitatem  
vt p̄z Lue. s. Scdm̄ eſt defectus charita-  
tis. Exemplū de illis quinq̄ virginib⁹  
fatuis Matth. xxv. Un Bernardus. La-  
ſitas ſine charitate eſt lāpas ſine oleo.  
Zolle charitatē: castitas deo nō plaret.  
Tertius eſt macula peccati: q̄ eſt forma priua  
ta. Unde Hiero. Illa virginitas hoſta  
rpi eſt: que nec menē nec carnē libidi-  
ne maculat. Ille virginē que in pecca-  
tis morantur: deo non placent. Quor-  
um eſt diuīſio cordis. Un Augustinus  
libro de virginitate ait: Lotus vobis in  
corde figuratur: qui pro nobis ſiria eſt in  
cruce. Diuīſum eſt cor virginis: cum deo  
t mundo ſtudet placere. hec ille. Quin-  
tum eſt ſtabilitas. Un Augusti. vbi. 6.  
Deum ſequamur ne virginitatio bonus  
a nobis perdatur: hic per gratiam in fu-  
turo p̄ gloriā. Amen.

¶ De patientia omnibus necessaria;

Sermo. x.



**E**r patientia  
curramus ad p̄pofitū  
nobis certamē. Doctoſ  
gētiū. Vba ſunt illa ad  
Heb. xii. Post lapsus pri-  
mop̄ parētū adeo humānū gen⁹ paſſio-  
nibus eſt vexatū: vt nullus vñq̄ in hac

# Sermo

## X

vita inueniri possit oino quiete. In sur-  
gunt vndicis mala: vndicis repestates: vn-  
dicens afflictiones: laboriosas cure. Acci-  
dunt et lepe multa aduersa nolentibus et ins-  
uris. Neque aliter aduersus fortune im-  
perius et incursus: repetitos motus: ni-  
si ferendo et equo ajo tolerando tuti esse  
valens. Superada: aut Vergil. v. enei-  
dos. oia fortuna ferendo est. Hoc autem ma-  
tine operat patientie virtus: que oibus  
necessaria est: sine qua succedit mens: et  
deficit animus cum aliquod sinistrum acci-  
dere viderit. Eapropter in hoc sermone  
de patientia erimus tractaturi: de qua  
tres considerationes faciemus.

Prima est de eius descriptione.

Secunda de eius determinatione.

Tertia de eius acquisitione.

Quid sit patientia: et de multis pliis ei-  
us exceptione.

**P**rima consideratio est de pa-  
tientie descriptione: in qua  
quid sit patientia ostendemus.  
Et Lact. v. li. dñi. inst. ad  
uerlus getes sic dicit: Patientia  
est malorum que aut inferuntur: aut acci-  
dunt cum equanimitate perlatio. Et Tullius  
in rhetorica eandem sententiā loqui-  
tur sub alijs verbis dñi. Patientia est honestatis  
aut utilitatis causa rerum difficultatum et  
grauarum voluntaria ac diurna perse-  
ssio. Et pro ampliore declaratione nos-  
tandum quod quintuplex patientia inuenit.

Prima est remissorum.

Secunda mundanorum.

Tertia stultorum.

Quarta hypocritarum.

Quinta virtuosorum.

**G**Prima est patientia remissorum: eorum scilicet  
qui ex officio incumbit reprehendere cor-  
rigere vel punire aliena peccata: et tamen illa  
tolerat. Cetera quos est. c. facientis. als  
culpam. lxxvii. vi. vbi dñi. Facientis peccata  
dubio culpam: qui quod potest corriger  
negligit emendare. Et. lxxxviii. dist. c. con-  
sentire. Consentire videtur erranti qui ad  
resecanda que corrigit debet non occurrit.  
Et eadem dñi. i. c. error. Error cui non resistit

approbat: et veritas cum minime defensa  
tur opprimit. Negligere quodcumque possit  
perturbare peruersos nihil aliud est quam  
fouere. Nec caret scrupulo cōcessione:  
als societas occulte: qui manifesto fa-  
cilius definit obuiare. De hac autem vel to-  
lerantia vel punitione malorum copiosus  
disputabili in sermone de iusticia.

**G** Secunda est patientia mundanorum: eorum scilicet

qui poterit mundum quoscumque labores stre-

nue tolerat: de quibus dñi. xlviij. dist. c. oēs.

Oēs huius seculi dilectores in terrenis

his rebus fortes sunt: in celestibus autem

debiles. Nam pro temporali gloria vestrum ad

mortem desudare appetunt: et pro spe perpe-

tua nec parum quidez in labore subsistunt.

Pro terrenis lucris iniurias quassibet

tolerat: et pro celesti mercede: vel tenuissi-

mi vestrum etiam ferre recusat. Tercia

reno iudicii toto etiam die assistere fortes

sunt: in oratione vero coram dñno: vel unius

hore momēto lassantur. Quarto nuditate:

detractione: famam pro acquirendis diuinis

thaetis honoribus tolerat: et earum rerum

spe se pro abstinentia cruciat ad quas adi-

piscendas festinat. Quinta autem laboriose

querere tamquam dissimilat: quanto

magis ea retrubui tardius putat: hec ibi.

**G** Tertia est patientia stultorum: eorum scilicet

qui sciunt quod peccado mortaliter seruitur

diabolo et permitunt se trahi ab illo de-

peccato in peccatum. Quibus dicit Paus-

lus. ii. ad Cor. xij. Libet sacerdos in his

pietes: cum sit ipsi sapientes. Sicut metis

enim si quis vos in servitute redigit: si quis

deuotat: si quis accipit: si quis extollit:

si quis in facies vos cedit. **G** Quarta est

patientia hypocritarum: de quibus dicitur

Matth. vi. Exterminat enim facies suas:

ut pareat homibus ieiunantes. **G** Quinta

est patientia virtuosorum: de qua dicit Au-

gu. lib. de patientia. Virtus animi que

patientia dicitur: tam magna donum dei est: ut

ea ipsum qui nobis est largitur patientia

predictetur. Et de hac Christus Luce. xxi.

In patientia vestra possidebitis animas ves-

tras. Et Iacob. i. Patientia opus perfectum

habet. Et. ii. ad Cor. vi. In eisbus

## De patientia.

exhibeamus nosmetipos sicut dei niv  
nistros in multa patientia. Et ad Ephe.  
tii. Eu patientia supportares inuicem. Et  
f. ad Timo. vi. Secare iusticiam pietatez  
fidem charitatem patientiam. Huius autem  
officii est conservare bonum rationis contra  
tristicias; ne scilicet ratio tristitia succumbat.  
Nam virtutes mortales ordinantur ad bonum  
num in quantum conservant bonum rationis con-  
tra imperium passionum. Inter alias autem  
passiones tristitia efficax est ad impedire  
dum bonum rationis: huius illud Eccl. xxx.  
Multos occidit tristitia. Nec Tho. ii. q.  
q. xxxv. Propterea dicit Lucas. Sau-  
det parientia duris. Notandum inquit alius  
est passionem et afflictionem in aduersitatibus  
non sentire: alius non sufferre. Qui  
homo est angustias et tribulationes sen-  
tit: sed si non est virtuosus et fortis ait in  
passione deficit: et multa aut cogitat:  
aut loquitur: aut operatur: que non con-  
ueniunt. Qui vero virtuosus est: et si ut homo  
aduersa sentiat: non in dolore modum adhi-  
ber: et mensuram servat atque modestiam.  
Propterea inquit Seneca de consolatione ad  
Paulinum. Non sentire mala sua non est  
honestum: non ferre non est viri. Et Tullius  
lib. ii. de oratore. Magna laus et admirabilis  
videtur soler: tuisse casus sapien-  
ter aduersos: non fractum esse fortuna: reti-  
nuisse in rebus asperis dignitatem.  
De quinque in quibus dicitur quisque  
esse patiens.



Ecunda consideratio de patien-  
tia dicit determinatio. Des-  
bet namque homo determinate  
esse patiens marime in quinq[ue]  
videlicet

Primo in contumeliarum illatione.  
Secundo in temporalium bonorum perditione.  
Tertio in charorum amissione.  
Quarto in corporis flagellatione.  
Quinto in voluntaria operatione.

Primo debet homo esse patiens in co-  
ntumeliarum et iniuriarum illatione. Solent  
namque homines nequam et malum molestare  
bonos: nunc detrahendo: nunc contumelias inferendo. Ibi virtus

est ubi boni patientes scient posse sufferre  
quoniam ut dicitur. xxvij. q. iii. c. tu bonus. Tu do-  
nus tolera malum, et idem in c. tolerandi. et  
in c. qui sum carnem. in c. dico. Nec ait vita  
Gregorius ait: Si boni es: quod in  
hac vita subsistitis: equanimiter tolera-  
te malos. Nam quisque non tolerat malos:  
ipse sibi per impatientiam testis est: quod  
bonus non est. Abel enim renuit: quem  
Layus malicie non exercet. Et Lactan. in  
v. libro diuinarii insti. Non enim minus  
malum est referre iniuriam quam inferre. Nam  
unde certamina inter homines contenz  
tionesque nascentur: nisi quod improbitati  
opposita impatientia magnas sepe co-  
citat tempestates. Quod si patientias qua  
virtute nil melius: nil in honeste dignius  
inveniri potest: improbitati opposues  
ris: extinguetur primum tamquam igni aqua  
superfundens. Sinautem prout ceteris ille  
la impatientia: improbitati sibi compa-  
rem nacta est: tantum excitabit incendium  
ut id non flumen aliquod sed crux ex-  
tinguat effusio. Magna itaque patientie  
ratio est quam sapientia auget bono vi-  
ro. Et enim nihil malorum fiat hec so-  
la efficit. Que si detur omnibus: nullus  
scelus: nulla frangitur in rebus humanis  
erit. Spectat viri ad magnanimitatem  
quod nonnulli ascribunt ad vilitatem: scilicet  
ferre patientes et equo animo verba con-  
tumeliosam. Cetera quoque est dictum Seneca  
in libro de clemencia: ubi inquit: Magni  
animi proprium est iniurias atque offen-  
siones spernere. Et idem in libro de prouid-  
entia. Adhuc sine aduersario virtus.  
Tunc apparet quanta sit: quamcunque  
pollet: cum quid possit patientia ostenditur.  
Et sapiens Proverb. xv. Melior  
est patiens viro forti. Et qui dominatur  
animo suo expugnatore viribus. Ex  
hoc laudatur patientia magnorum vi-  
rorum atque potentum: qui patientes fue-  
runt ad ferendam iniurias. Scribit namque  
Seneca de Antigonone rege quod cum au-  
disset quosdam qui eum non videbant  
de se male loquentes: accessit ad eos et di-  
xit: Nunc maledixisti Antigonem: cuius

in occasione in has misserias incidisti.  
modo autem bene optare ei qui vos ex  
bac voragine eduxit. Nec amplius eis  
dixit. Dicitur etiam in policeratone: q  
Aristippus quidam maledicenti sibi. phi  
losophus patiens respodit. Tu lingue  
tue: et ego aurium mearum dñs sum. Et  
ibidem narratur q Xenophon philoso  
phus de se maledicenti respondit. Tu di  
cisti maledicere: ego maledicta contine  
nere. Ibidem habetur de Octauiano: q  
cum eidem descendenti Rome per sacras  
viam: desperatus quidam diceret o ty  
ranne: respondit: Si essem non dices.  
Nec amplius de verbis eius curavit.  
Fertur adhuc ibidem: q simillimus quis  
dam adolescentis Octauianum vibem in  
trauit. Quem Augustus ad se adductum  
interrogavit. Dic mihi adolescentis. Fuit  
nunc mater tua romae. Negauit ille nec  
contenus adiecit. Sed pater meus. Ios  
ci itaq asperitate urbana: noticiam om  
niū et familiaritatē sibi cōciliauit. Ibi  
dem adhuc serf illud q scribit Augu  
stus. li. de civi. dei. c. iii. de magno Alexa  
ndo. Qui cū reprehēderat piratā quēdā  
dicens: Lur mare habes infestum? Ille  
libera voce respōdit: Quid tibi: vt tu or  
bem terrarum. Sed quia id ego uno na  
vilio facio: latro vocor: quia tu magna  
classe: diceris imperator. Si solus et cas  
pus sit alexander latro erit. Et multa  
alia contra alexandru[m] protulit animo  
se. Miratus Alexander constantiam ho  
minis honorauit eum: iussitq cōscribi  
militie. Si narrat ibi q antīgonus  
pedagogus citharam Alexander magni  
fregit: abiecitq dicens: Eccl tue iā re  
gnare conuenit: vt ea que in corpore re  
gis voluptate luxurie dant domineris.  
Qd ille patiētissime tulit. Quibus ex  
pliis apparer: nō vile esse neq[ue] virupera  
bile: immo magnificentum egregium atq[ue]  
decoꝝ illatas iniurias despiceret. Q  
Secundo debet homo esse patiens in tem  
poralium bonorum perditione: vt non  
subiugat animus neq[ue] desperet si quan  
doq[ue] hec fortune bona; vt honor digni

tas potentia diuitie et similia diminuā  
tur. Propterea laudatur Anaragoias q  
non est contristatus quando in patrias  
rediēs possessiones suas desertas et dis  
paras inuenit. Et Bias prieneus letā  
ter respōdit his qui eum interrogarunt:  
quid secum ferebat cum fugiebat de pa  
tria: quam inuaserant hostes. Qia mea  
meum porto. De quibus mentionem fe  
ci in sermone de auaricia: sive in de con  
temptu diuinorum in quadragesimā.  
Q Tertio d[omi]n[u]m esse homo patiens in suorum  
chariorum seu propinquorum amissione. Nā  
iunt multi qui propter mortē suorū nul  
lum habēt modū. Indignatur deo: et ses  
ipsoſ cōmittūt columēdos dolou. Pio  
quib[us] dicit Seneca de consolatione ad  
Paulinū. Quid tā humile ac muliebre  
est: q cōsumendum se dolori comittere?  
Nos autē nō interdicimus eis qn p suis  
mortuis quādā pietate ducti doleant et  
lachrymentur. Fleuit ioseph sup patre  
suo mortuo: vt d[omi]n[u]s Gen. vlti. Et Abiasim  
fleuit sup Sarā mortuo post. cxxvii. an  
nos vite sue. Gen. xxiiij. Fleuerūt et p[re]s  
antiq[ue] p[re]mo morte suorū. Et rps lachry  
matus est: cu lachrymatē vidit magda  
lenā p fratre mortuo. Johā. xi. Et vir  
go beata doluit et fleuit i morte rpi. Dā  
namus superabundantia doloris que vis  
detur quandaz desperationē p[re]cedere.  
Quapropter Paulus. q. ad Thessal. un  
c. ait: Nō cōtristemini sicut et ceteri qui  
spem nō habent. Et. xiiij. q. ii. c. vbi cūq[ue]  
q. z. c. habēt. et. c. qui diuina vocatione  
cōfirmatur qd d[omi]n[u]s cōmis. Vinc Pierony,  
ad Tyrasium ait: Charitatis tue scripta  
percepī: in quibus animū tuū dolore cō  
motū de filie domitione cognoui. Non  
aliud in te admiratus sum q[ue] christiani  
pectoris abs te virtutē ablata[m] fuisse.  
Grupeo murū fidei penetratū vulneris  
bus orbitatis: quē sōpire debuerat spes  
resurrectiōis et regni celestis. Resurge  
mus. Quād faceremus si mori tū p[re]ci  
peret deus. Voluntas eius utiq[ue] sola  
sufficeret ad solaciū: cui nullū iubemur

77 iii

## De patientia.

affectum pponere, hec ille. Propterea Valerius maximus lib. v. rubrica de parentibus q̄ obitū filiorū fortī animo tulerunt: landat Saragorā: q̄ audita morte filij respōdit nūcio. Nihil expectatū aut nouū nūcias. Ego em illū ex me natū mortalē esse sciebā: t̄ sicut neminem mori solere q̄ non vixerit: sic nec aliquē viuere qui moriturus nō sit. Quarto d̄z vniuersalē esse patiēs in corpis flagellatione: cū corpus egritudinib⁹ t̄ infirmitatib⁹ aggrauat: sicut de brō Frācisco legim⁹. De quo dicit dñs Bon. in legendā magna. Ī duris corporis angereatur dolorib⁹: illas suas angustias non penarū cēsebat noīe s̄ solaciōz. Dū autē semel graui⁹ solito dolor⁹ vigeretur aculeis: qdā frater simplex dicit ad eū. Fraſ ora dñm: vt miti⁹ tecū agat. Manūz em suā plus debito supre grauare videſ. Quo auditō vir letus cū ciuitati exclamans ait: Nisi noscerē in te simili cē puritatē: tuū ernūc abhorreſ plorūtū: q̄ ausus fueris circa me diuina ius dicia rep̄hēſibilitia iudicare. Et licet tot⁹ esset attritus grauis plixitate languoris: proiçies se in terrā ossa debilia duro casu collisit: t̄ deosculas humū: grātias inq̄ tibi ago dñe deus de cib⁹ his dolorib⁹ meis: tecū mi dñe rogo: vt cētuplum si tibi placuerit addas: cuž tue sancte voluntatis adimplerio sit mihi cōsolatio ſemper plena. Quinto debet esse vniuersalē patiens in voluntaria operatiōe: in ieunujs: orationib⁹: vigilijs: et disciplinis: alijſz operibus virtuosis: cum premium illorū sit eterna vita. In omnibus autē vniuersalē me mo: esse debet illius patiētissimi Job: qui in omni aduersitate sua: in damno rerum: fuit in morte repentina filiorū: fuit in plagis vulneribus corporis sui solitus erat dicere: Job. i. Domin⁹ deſtit domin⁹ abstulit: sicut domino placuit ira factum est: sit nomē domini benedictum.

Q̄r quinq̄ sunt regule ad acquirendam patientiam. Capitulum. iii.

**E**tia consideratio est de patientie acquisitione. In qua dicendū est quomodo patientia potest acquiri. Et ad hoc notande sunt quinq̄ regule.

Prima d̄r recogitatio.

Secunda melioratio.

Tertia premiatio.

Quarta auxiliatio.

Quinta exemplatio.

Prima regula d̄r recogitatio. Quans docūz em q̄ sentir aduersa multa in minere ſibi; recogitare debet peccata q̄ cōmisit: t̄ dicere illud Michee. vii. Ira dñi portaboz qm̄ peccauit ei. Sic faciebant fratres Joseph q̄n̄ venererūt in egyptum: t̄ Joseph loquebatur cum eis: et ipſi non cognoscebat eū t̄ dicebat. Frater vester unus l̄getur in carcere: vos aut̄ abite et fratre vestrū minimum ad me adducite. At illi lingua hebraica cēderēt non intelligi ab Joseph dicebant ad inuitēt. Merito hec patimur: quia peccauimus in fratre nostrā: videntes angustiā anime illius cuž depicaretur nos: t̄ nō audiūimus. Ecce venit super nos ista tribulatio. Bene. xl. c. Secunda regula dicitur melioratio. Quando: cunḡ quis tribulationibus quatitur: vt patiēs fiat: consideret q̄ deus in hac vita lepius verat quos amat: et omnis in melius interpretetur. Unde Job. v. c. dicitur: Beat⁹ hō qui corripit ad dñ. Increpatōnes ergo eius ne repobes. Et sapiēs prouer. in. Disciplinā dñi ne abuſias: ne deficias cū ab eo corriperis. Quē em diligit dñs corripit: t̄ quasi patet in filio cōplacet ſibi. Solet em tribulatio ſatis pdeſſa ait ad illuminādū eāt: atq̄ ad ſuperādas mūdi t̄ carnis blādītias. Usq̄ Lactā. in. n. lib. diui. iſti. ait: Tūc maxime de⁹ ex memoria hoīm elabitur cū beneficio ei⁹ fruētis honore diuine indulgentia dari debent. At hō ſi qua necessitas grauis pcesserit: tūc dñi recordantur: ſi bellī terror infremuit: ſi morboz pestifera viſ incūbit: ſi alimēta frugib⁹ lōga ſiccitas denegauit: ſi ſea-

# Sermo

cepitas: si grādo ingruit: ad deū confu-  
gitur: a deo perī auxiliū: deū vt subues-  
nit orat. Si q̄s in mari vēto seuēte ia-  
ctatur: hunc inuocat. Si quis aliqua vi  
affligat: h̄c potius implorat. Si quis  
ad extreū mendicādi necessitatē dedu-  
ctus vicit̄ p̄cib̄ expōsite; h̄c solū ob-  
testatur: p̄ eū diuinū atq̄ vnicū nomen  
hominum sibi m̄sam querit: hec ille. Et  
Hiero. tribulationis utilitatē p̄ exēplū  
quoddaz explicat in ep̄la ad Rusticum  
monachū di. Grecus adolescens erat in  
cenobio qui nulla abstinentia: nulla ope-  
ris magnitudine flammam poterat car-  
nis extingueare. Vñc periclitante pater  
monasterij hac arte preseruavit. Impe-  
rat cui d̄a viro graui vt iurgijs atq̄ cō-  
wino insectaretur hoīem: t̄ post irroga-  
tas cōtumelias p̄im̄ veniret ad queri-  
monias. Vocati testes p̄ eo loquebant  
qui cōtumeliam fecerat. Solus pater  
monasterij defensionē suā callide oppo-  
nere studuit: ne abūdātiore tristitia ab-  
soberetur frater. Quid plura? Ita anz-  
nus deductus est. Quo expleto interro-  
gatus adolescens super p̄stis cogita-  
tionib; si ita adhuc moleste sustinaret  
pape inq; M̄hi viuere nō licet: t̄ for-  
nicari libert̄. Tertia regula ad acquirē-  
dā patientiā dī premiatio. Qñcunḡ q̄s  
deficere videret animū in tribulatione:  
aut in labiorib; propter deū suscep̄tis;  
statim subleuari debet ad illaz mercedē  
v̄berrimā t̄ copiosam: q̄epromittit no-  
biis in celis. De qua xp̄s dicebat Mat.  
v. Ut̄ estis cū maledixeris vobis hoīes:  
t̄ p̄secuti vos fuerint: t̄ dixerint oē ma-  
lū aduersum vos: mētientes ppter me.  
Gaudete t̄ exultate: qm̄ merces vestra  
copiosa est in celis. Sic stephanus cum  
esset inter eos q̄ perlequebant ipsum: in-  
tendēs in celū vidit gloriā dei. Quar-  
ta regula dīcīs auriliatio. Quandocim̄  
aliquis p̄mitur multis angustiis: sciat  
deū astare fibi: vt ei succurrat: vel vt  
patientiam tribuat dummodo ipse au-  
t̄lius eius postulet. Ideo David in ps.  
xxiiij. ait: Juxta est dñs his qui tribula-

# X

to sunt corde. Est de hoc exēplū magni  
antonij: qui cū post multa etiam verbe-  
ra: que a demonibus fuerat passus: vis-  
disset in splendore quodam mirabili do-  
minus ielum xp̄m: dixit ad eū: Ubi eras  
bone ielu: vbi eras? Quare a principio  
nō fuisti vi me iuares: t̄ vulnera mea  
sanares? Lui dñs. Antoni. Vñc eram: t̄  
meo auxilio certamē superasti. Amodo  
aut̄ q̄ viriliter dimicasti: in toto orbe fa-  
ciam te nosari. Q̄ Quinta regula ad ac-  
quirēdā patientiā dī exēplatio. Qñi  
aliquis cupit habere patientiā: ultimiū  
est remediū intueri sc̄rōp̄ exēpla: xp̄o  
tissimū dñi nostri ielu xp̄i. De quo Pe-  
trus. s. ep̄la. c. ii. dicit: Christ̄ passus est  
p̄ nobis: vobis relinquens exemplum.  
t̄ Paulus ad Heb. xii. c. ait: Recogitate  
eum qui tales sustinuit a peccatis ad-  
uersus semetipsum contradictiones: ve  
non fatigemini animis vestris deficien-  
tes. Quenam patientie exempla nō ins-  
ueniuntur in xp̄o? Vide illum o anima  
in cruce nudatum. Vide t̄ contemplare  
diligenter. Si te grauastam sentis infir-  
mitate corporis: audi illū dicentem tibi  
Esaie. s. Et ego p̄ tua salutē a planta  
pedis usq̄ ad verticē totus sum vulne-  
ratus. Si direris ei. Veu iniuste accu-  
sor: inique criminor ab emulis meis: re-  
spondebit tibi. Et ego qui deus sum fa-  
cius homo: iustus: sanctus: pius: sapiēs:  
mundus: t̄: impollutus: vocor samarita-  
nus: seductor: malefactor: blasphemus:  
t̄ velut perditissimus reus: in medio la-  
tronū crucifigo. Si cōquesta fueris de  
paupertate: t̄ ille clamabit: O aia mea  
sustine patienter: q̄t̄ ego amore tui in-  
tanta sum paupertate cōstitutus: vt nō  
habeam vbi caput reclinem in cruce. Si  
tui: at aque mihi guttula denegatur.  
Et tandem nihil inueniri potest: in quo  
nos patiamur p̄ amore crucifixi: quin  
magis in illo patias ipse p̄ amore nos-  
tro. Propterea Augustinus in libro de  
conflictu vitiōrum ait: Si passio redem-  
ptoris ad memorias renocetur: nihil rā-  
durum est: qđ non equo animo toleret.

## De predestinatione.

Parua enim toleramus si recordemur quod  
liberit ad patibulus: quod nos induxit ad  
celum. Ille enim opprobria: irrisiones: con-  
tumelias: alapae: sputa: flagella: coro-  
na spinea: crucem sustinuit. Et nos mi-  
seri ad nostram confusione vno sermone  
fatigamur vno verbo deincimur. hec il-  
le. Quare percursumus feruenter: ut acquiram  
mus patientiam: per quam deus largietur  
nobis hic gratia: et in futuro semper  
nra gloria: in qua est hunc dicit per eterna  
seculorum secula. Amen.

De predestinationum numero et damnato-  
rum. Sermo. x.

tim denique: quod diabolica suggestio falsa-  
lunt. Nam plerique etiam fatui se sapien-  
tes existimat: et quod clares non habent oculos  
vibrat interdum pro veritate percipi-  
unt: et sepe somniates putant se vigilas-  
re et esse vera que somniata. Sic multis  
vocabatis a deo euuenient quod nunc credunt se  
saluari et damnabunt: quod dicit salvator  
Mat. xx. Multi enim sunt vocati: pauci  
sunt electi. Nonne vides in oibus reorum  
emplum: quod illud quod est determinatum ab  
dat: ut in fine sermonis dicet. Sed nam  
capte ex eius in piscatoribus: quod vi plurimi  
mum plus inmundicie et piscium inutilium  
in rhere capiunt quod sunt boni pisces. Hoc  
confirmat diuina autoritas Mat. xij.  
Simile est regnum celorum sagene misse in  
mare. Vnde ibi. in caminis ignis. Ecce quod  
boni ponuntur in vasis quasi in modico  
loco morantes propter paucitatem: sed mali  
procedunt in littore maris propter multitudinem. O peccator: conuertere et consi-  
dera quid significat. Multi sunt vocati et ceteri.  
Sed licet Christus nequeat mentiri: tamen  
quia eius sacra dicta ab ignorantibus male intellecta sepe numero erro-  
re decipiuntur. Ideo pro luculentiori the-  
matis nostri declaratione tria in hoc ser-  
mone notabimus.

Primum dicitur oppositio,

Secunda declaratio.

Tertia confirmatio:

 Aperte primum quod est opposi-  
tio. Quidam enim vident opposi-  
torem quod non pauci sed multi  
sunt electi: et hoc tripliciter op-  
positione probare vident.

Prima est inclinationis.

Secunda est reuelationis.

Tertia est predestinationis.

Prima oppositio est inclinationis: et  
est talis. Quia que sunt inclinans ad agen-  
tium suum bonitatem sive naturam: loquendo  
naturaliter: ut prius in creaturis insensibili-  
bus et sensibiliibus: que magis quam nos  
sequuntur naturae sue inclinationem. En-  
tibus. ubi. Anusquisque dirigit  
opera sua sum optimum eorum que sunt in

**A**lti sunt vocati pauci: sicut electi mat.  
xx. c. Herba quod reverentibus  
vestris sunt proposita di-  
lectissimum in Christo Iesu: sunt  
ipsi domini Iesu: quod si hoies vani jactante pen-  
sarent ac subtiliter discuterent: timendi  
deum causam haberent. Quid enim non potest  
tanta efficacia timore incutere: quod praefixa  
verba ore veritatis infallibilis plas-  
ta considerare? Quis enim non paueret: quod  
non obstupesceret: quod viseret suum regem  
populos sibi subiectos oes sine defectu  
coram se aduocantem: et ex tanta mul-  
titudine paucos ad gloriam eligentes;  
reliquos autem in profusione: ignominia: et  
tormento relinqueret. O quantus timor:  
o quantus terror: o quantus gemini tales  
comprehenderet. Sed nam in insanis hominibus  
putat contraria. Nam si sigillatum oes in-  
terrogetur infideles quoniam sint electi ad sa-  
lute: quasi oes diceret sumus. Simili-  
ter etiam iudei idem dicent. Heretique quod de  
scriptis loquuntur: quoniam fides est verisimilis  
ma. Nonne et ipi etiam in oibus malis vi-  
uentibus: tamen credunt se misericordiam dei co-  
secuturos. Interroga queso singulos in  
omni sexu: et in omnibus etate: conditione:  
gradu: ac dignitate: neminem fere inue-  
nies etiam si in malo perseueret: quod se non  
poteret electus. Et hoc euuenit partim: quod  
ignorant lumen veritatis: partim quia  
propria amoris fallacia decipiuntur: par-